Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# De iustistia et iure - Cod. Ettenheim-Münster 197

Bach, Iacobus

[S.l.], 1636

Sectio II.

urn:nbn:de:bsz:31-117148

Visual Library

sed fructus.

Petes: cur magis dicatur Dnus rei ille qui ht dominium directum quam qui ht dominium utile seu usufructum, uterq. e. ht ius in re & neuter ht plenum ius prelaois aduersus alium. Rr utrumq. ee Dnum secundum quid seu incomplete, plus tn ht de dominio directum quam utile, nam dominium significat ius radicale & ex quo oriuntur seu cui subordinantur alia iura. dnus a. directus ht ius magis radicatum quam usufructuarius & emphiteuta &c. Primo qa regulariter ab ipso emanat ius qd ht usufructuarius & n econtra. 2do & principalius, qa ht ius magis firmum, nam usufructus in multis casibus debet redire ad Dnum directum & n econtra. deniq. qa cum n poss appellari dnus fructuum & alicunde hat aliqd ius & dominium, oportet qd dicatur Dnus proprietatis seu ipsius rei ex qua oriuntur illi fructus.

Infero ultimo dominium plenum pse aliquando ee penes plures, n quidem penes plures in solidum moraliter loquendo, sed ita ut oes sint dni pro indiuiso eiusdem rei, tunc a. singuli n possunt disponere vel alienare rem inuitis alys, oes tn simul hnt plenam potestatem & praeferri debent in usu illius rei oibus alys hoibus. dixi tn n poe ee plures dnos simul moraliter loquendo, aliud e. & de instanti illo primo metaphysico, in quo unus dat rem suam alteri, tunc e. ulocter uterq. ee dnus illius rei tam qui dat, quam qui accipit, de quo dixi disp. 3. de Incarnatione sect. 1. num. 12. & 15. & segg. & 29 & segg. qa tn doctrina illa ab aliquibus impugnatur, oportebit breuiter quae de nouo obiecta st dissoluere.

## SECTIO II

## Utrum ipso saltem instanti quo transfertur dominium, sit in transferente simul, et in accipiente?

In praedicto loco de Incarnatione concessi utrumq. ee vere & simpliciter dnum in illo instanti quo liber v.g. donatur aut venditur, tam e. qui donat aut vendit quam eum qui accipit., & quidem de accipiente n e difficultas, tunc e. ei datur liber & ipse accipit, accipere a. e habere aliquid in bonis suis,

sed

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK gefördert durch Baden-Württemberg MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

qd prius n̄ habebat. vnde si venditor tunc destrueret librum peccaret contra Justitiam adversus emptorem ~~qa tun~~ qui iam tunc ē vere dnus, qd aperte constat in coniuge qui eodem instanti quo praestat consensum & perficit matrimonium dat dominium corporis sui alteri coniugi, atq adeo consensus internus quem tunc haberet de copula cum alia foemina haberet malitiam adulterij ē iniustitiae contra uxorem cui iam vir dat eo instanti dominium sui corporis. difficultas itaq solum videtur ēē de ipso venditore seu donatore, an eo instanti quo donat aut vendit sit adhuc simpliciter dnus libri?

Dixi itaq ē iterum dico ēē tunc simpliciter dnum libri, imo tunc maxime exercere actum dominij comicando dominium alteri, qd quidem facere n̄ pt nisi qui vere sit dnus. a priori .a. id probatur ex definitione dominij quae ab oibus traditur, qd ē potestas utendi ē disponendi de re absq iniuria alterius; haec .a. tota definitio verificatur de donante aut vendente librum pro eo ipso instanti quo donat aut vendit tunc e. libere donat & pt donare ē n̄ donare, sed retinere vel comburere librum & simpliciter ē absolute pt uti libro absq iniuria alterius, quamvis e. id n̄ poit facere donando seu n̄ poit coniungere donaoēm libri cum retentione vel combustione, pt tn̄ n̄ donare ē absq donaoē retinere vel comburere librum, qd sufficit ad dicendum illum simpliciter pōe sicut qui sedet licet n̄ poit cum sessione coniungere ambulaoēm, ht tn̄ tunc pōam simpliciter ad ambulandum, qa libere sedet & pt simpliciter n̄ sedere sed ambulare & qui donat librū ht tunc veram pōam utendi libro absq iniuria alterius, qa pōa ad vnum actum n̄ perditur eo instanti quo alter contrarius libere ponitur, sed datur simultas pōae, ut dici solet, licet n̄ detur pōa simultatis, hoc ē, simul cum sessione datur pōa ad ambulandum, licet n̄ detur pōa ad coniungendam sessionē cum ambulaoē. vide quae ibi latius dixi ne iterum eadem repetamus.

Hanc nrām doctrinam, quam postea probavit ē assumpsit pro fundto aliarum conclusionum P. Petrus Sturtkaro in suo tomo novissime edito de Incarnaoē, impugnarunt aliqui Theologi recentiores in eadem maā de Incarnaoē qui dicunt n̄ pōe dominium fōale manere in eo instanti donaoīs in donante, distinguunt e. duplex dominium; alterum formale

qd

q̃ requiritur vt aliquis dicatur simpliciter & absolutè dñus;
alterum virtuale q̃ n̄ denominat dñum nisi improprie &
remote. dominium virtuale ẽ ptẽ dare rem vel retinere, & hoc
reperitur eo instanti in donante, pt ẽ. dare vel retinere rem,
sed n̄ tam ẽ dominium rei quam iuris q̃ pt generare in acci=
piente & abdicare a se; dominium vero fõale ẽ potestas proxima
& immediata ad vsum rei licitum, & hanc n̄ ht donans in eo
instanti, q̃a n̄ pt tunc proxime vti libro absq iniuria dona=
tarij ipso invito. & rãõ ẽ, q̃a vt aliquis põit licitè vti libro re=
quiritur q̃ n̄ sit liber alterius seu q̃ n̄ det illum alteri & n̄ illigi=
tur complete ẽ proxime dñs huius libri hoc instanti donec illigat
nolle illum alteri dare sed retinere sibi, per quam voluntatem reti=
nendi completur dominium fõale præsens, ante illam verò solum
illigitur dominium radicale, quare cum in instanti donatiõis n̄
illigatur qui donat velle retinere sed velle dare librum alteri
consequens ẽ vt n̄ illigatur tunc habere dominium fõale, sed solũ
virtuale. ad q̃ probandum afferunt multa argta quæ postea
singillatim dissolvemus, prius tñ oportebit examinare modum
illum opinandi & aperire inconvenientia quæ ex ipso sequentur.
possunt. a. hæc partim ẽẽ quoad modum loquendi minus consonum,
partim quoad rem ipsam.

Primo itaq displicet loquendi modus, q̃a con=
tra verba definitionis ab oĩbus receptæ nolunt appellare dominiũ
fõale id cui proprie convenit tota definitio dominij. Nam esto
verum ẽẽt q̃ donans n̄ haberet eo instanti potiam proximam
sed solum mediatam ad vsum licitum libri, de quo postea dicam,
adhuc deberet appellari proprie & absolutè dñs libri iuxta defi=
nitionem dominij, in qua n̄ dicitur dñs ẽẽ ille solus qui pt prox=
imè vti absq iniuriã, sed absolutè ille qui pt, qui. a. remotè pt vere
& propriè pt & verè ẽ proprie convenit ei definitio dominij.
Minor ptz: q̃a ille qui sedet vere & propriè dicitur põe ambulare,
ille qui tacet verè ẽ proprie pt loqui, licet neuter hat potiam
proximam ad ambulandum vel loquendum, sed solum remotam
quatenus pt habere actum voluntatis quo velit ambulare vel loqui,
per quam voluntatem completur põia proxima ambulandi vel
loquendi. sic etiam qui peccat pt retinere grãam simpliciter
& absolutè, licet id n̄ põit nisi mediatè quatenus pt servare præ=
ceptum & hoc pacto retinere grãam Dei. sic deniq qui disce=
dit a fide pt simpliciter & proprie retinere fidem licet id n̄ põit
nisi mediante actu voluntatis quo velit credere, & sic de alijs.

Et

Et qui pt nolle dare librum sed retinere sibi & hoc facto pt uti licite libro absq iniuria alterius vere & proprie diceretur Dnus libri, qa verò ē cum oi proprietate pt licite uti libro absq ullius iniuria. imo n solum in alijs materijs sed in hac etiam idem modus loquendi ab oibus observatur, nam in praedicta definitione dicitur Dnus ē qui pt uti re &c, & tn illa pota n ē immediata ad usum libri sed solum mediata, nam immediate solum pt velle uti libro, velle comburere, velle legere &c. ad ipsum vero usum, hoc ē, ad combustionem, lectionem, &c solum ht potam mediatam, quatenus immediate pt velle & mediante volitione pt legere, comburere &c. n debet ergo excludi a definitione dominij potestas mediata utendi libro, atq adeo cui convenit simpliciter & absolute potestas mediata utendi libro absq ullius iniuria, convenit simpliciter & absolute definitio dominij.

Dicet aliquis n poe illam potestatem illigi de sola pota mediata in definitione dominij, qa sequeretur Petrum cui Paulus donat librum licet nolit eum acceptare ad huc fuisse Dnum libri qd certe videtur falsum, qa si Religiosus n acceptet quae sibi ab amico vel cognato afferuntur n acquiruntur Religioni, cum tn oia iura Religiosi Religioni acquirantur. seq: vero pbr: qa Petrus tunc habuit potestatem mediatam utendi libro absq ullius iniuria, potuit e. acceptare donaoem & acceptando pt licite uti libro & habuit potestatem mediatam utendi licite libro & fuit Dnus libri etiam n acceptata donaoe, si Dnus ē ille etiam qui ht potestatem mediatam & remotam utendi licite libro.

Rº negando seq: dominium e. ut supra diximus, debet ee ius praelaois ortum ex connexione cum re ipsa, Petrus a. in praedicto casu nullam habebat connexionem cum libro nisi eam quae transferebatur ab eo qui scripsit v: g: librum, per quam translaoem redditur Petrus moraliter quasi scriptor, atq adeo connexionem ht dantem ius praelaois, unde donec Petrus acceptet hanc translaoem n censetur habere connexionem cum libro, & per consequens licet hat potestatem mediatam utendi licite libro, n tn ht dominium, qa illa potestas ndum oritur ex connexione quam hat physice vel moraliter cum libro; at vero in nro casu donator vel venditor eo instanti ht potestatem utendi licite libro & quidam ortam ex connexione quam habuit cum libro quem vel scripsit vel emit a scriptore &c.

nihil

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

nihil ergo deest illi ut dicatur proprie dnus libri.

2do e loquendo de re ipsa displicet illa sentia, qa supponit vnt qd inter potestatem proximam donandi quam vocat dominium virtuale, et inter potestatem proximam utendi licitè, quam vocat dominium fōale debet intercedere voluntas n alienandi sed retinendi librum, per quam voluntatem completur potestas proxima ad usus licitos, hoc, inquam, falsum ee ostendo, qa inprimis si ea voluntas deberet intercedere deberet utiq ee libera, cum n minus sit liber Petrus ad volendum et nolendum dare librum quam ad utendum libro. debet ergo pro illo signo priori exercere suam libertatem nolendo dare librum, qd quidem exercitium libertatis n pt ee pura omissio, quam suppono impossibilem, ut nobiscum concedunt illi Theologi, sed debet ee actus positivus voluntatis quo dicat nolo dare librum, et postea pro signo posteriori pt aliam actum voluntatis quo dicit volo legere vel volo uti hoc libro. hoc a. manifeste e contra experientiam, quis e. e qui quoties vult comedere et comedit experiatur se habere semper duos actus voluntatis unum post alterum, unum quo dicat nolo dare hunc cibum alicui, alterum postea quo dicat volo illum comedere? nos certè unum solum actum experimur quo ex cognitione iuris qd habemus in cibum volumus illum comedere, n e ergo necessaria illa voluntas prior n dandi ut illigatur dnus cum pōia proxima completa ad volendum uti libro vel cibo.

Quod ulterius probari pt, qa tam e impōbile dare librū Petro quando illum dono Paulo, quam e impōbile uti licitè libro invito Petro quando volo illius dominium Petro dare, et tn ad volendum dare librum Petro n e necesse qd praecedat alia volitio prior qua velim n dare illum librum Paulo, ergo nec ad volendum uti libro necessaria erit nolitio &c prior dandi librum Petro, sed sicut pt eadem voluntas simul velle n dare librum alteri ac ipsi Petro, sic poterit dnus eadem voluntate n dare librum alicui sed uti illo. Maior et conseq. videntur clare. Minor etiam, ni fallor, n negatur ab adversariis, et probari pt: qa si deberet praecedere voluntas prior n dandi librum alteri voluntatem dandi librum Petro, sequeretur quando datur Petro donatorem n solum n habuisse tunc dominium fōale sed nec etiam virtuale, qa dominium virtuale per te e potestas proxima n quidem ad utendum sed ad dandum vel retinendum librum, sed potestas dandi Paulo librum completur proxime per voluntatem n dandi Petro, quae voluntas n fuit cum datus sit Petro, ergo tunc n habuit

potes=

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

potestatem proximam dandi Paulo, et per consequens non habuit dominium virtuale completum quando datus fuit liber Petro. deniq experientia ipsa compertum est nos non habere tunc illas duas voluntates distinctas unam prius non dandi librum Paulo alteram posterius dandi Petro, sed una et eadem voluntate velle utrumq.

Unde arguitur 3tio: quando unus actus est physice incompossibilis cum alio non requiritur prius velle negationem unius et postea velle alium, sed simul volo unum et negationem alterius. v.g. sessio non potest simul esse cum ambulatione et tamen non est necesse prius velle non ambulare et postea velle sedere sed possum simul velle sedere et non ambulare. similiter ergo licet non sit compossibilis usus licitus libri absq licentia Petri simul cum voluntate dandi librum Petro, non erit necesse prius velle non dare Petro et postea velle uti libro sed potero simul velle utrumq scilicet retinere librum et uti libro, ergo immediate et proxime ante voluntatem utendi habebam potestatem dandi Petro et retinendi atq utendi, et per consequens habebam dominium virtuale et formale, ergo si pro signo posteriori nollem uti sed vellem dare Petro haec voluntas donare fuit cum dominio formali quod praecessit in signo immediato seu in actu primo proximo.

Dices: adhoc ut usus libri sit licitus debet non esse contra Ius alterius, sed adhoc ut ego velim licite illum usum debeo praecognoscere usum esse licitum ergo debeo praecognoscere non esse contra Ius alterius ergo neq debeo praecognoscere non esse donatum librum alteri ergo prius est non esse donatum alteri quam velle usum licitum libri, et per consequens ante voluntatem licitam utendi debet praecedere voluntas non donandi.

Respondeo ex dictis distinguendo maiorem: ut usus libri sit licitus in executione seu in actu 2do debet non esse contra Ius alterius concedo, ut sit licitus in actu primo, hoc est, licite volibilis debet iam absolute non esse contra Ius alterius nego. adhoc enim sufficit quod sit possibilis usus absq iniuria alterius, quia ut ego possim licite velle aliquid facere, sufficit si praevideam posse me illud facere, ita ut sit sine iniuria alterius. cum ergo ego videam usum libri si non detur alteri esse licitum possum velle licite illud complexum, in quo video nullam esse malitiam scilicet uti libro et non dando illum alteri, quo casu iam antecedenter ad meam volitionem est licite volibilis usus libri, et hoc appello licitum antecedenter seu in actu primo, quia positio illius usus cum illa conditione erit omnino licita.

Quarto

Quarto deniq impugnari pt illa doctrina retorquendo
argta quib9 eam probant quorum praecipuum e, qa n pt aliquis
retinere simul apud se dominium illud qd in alium sane effica=
citer transfert, si e. transfert & abdicat illud a se, qd a. abycit
n pt adhuc retinere, alioquin n eet efficax voluntas abyciendi &c.
hæc, inquam, & similia retorquentur clarè, qa ille qui vendit
librum v: g: n solum transfert in emptorem dominium fõale
sed etiam virtuale, vtrumq e. dominium ht emptor in illo in=
stanti cum n solum poit licite vti libro qui e actg dominij fõalis
sed etiam poit licite librum alteri dare vel sibi retinere qui e
actg dominij virtualis. debet ergo venditor abdicare a se vtrumq
dominium, siquidem vtrumq vult in emptorem transferre & ab=
ycit a se vtrumq dominium & n retinet eo instanti dominium
virtuale, alioquin n vult efficaciter abycere & transferre, vel certè
fatendum oibg e poe adhuc retineri eo instanti dominium
qd transfertur in accipientem, imo n poit transferri quin eodem
instanti maneat apud venditorem vel donatorem, & per conse=
quens principium illud cui ea doctrina innitebatur falsum ee
oes fateri debent.

Nunc iam vicamq singillatim argta oia
quib9 nram sententiam impugnant, quæ oia ostendemq procedere
eodem modo contra dominium virtuale vel nihil prorsq con=
cludere, deinde directè ad singula respondebimq. Primo itaq
arguunt, qa cessante caa quæ conseruat aliquem effectum necesse
e simul oio perire effectum qui nec vno quidem instanti stare
pt absq sua caa, sed dominium fõale conseruatur in Dño depen=
denter oio ab eig voluntate, cessante ergo voluntate & posita
voluntate contraria qua dicit volo n ee amplig Dñq, sed qd
totum meum dominium sit in Petro debet simul cessare eig
dominium fõale, alioquin perseuerabit absq vlla caa a qua
conseruetur. Confirmant, qa dominium fõale acquiritur
per voluntatem & debet conseruari per eandem voluntatem
perseuerantem moraliter seu n reuocatam & vbi primum re=
uocatur per voluntatem contrariam debet perire dominium fõale.

Hoc argtu eisdem verbis fieri pt de dominio virtu=
ali, qd etiam acquiritur per voluntatem nec pt conseruari pereunte
caa, quomodo ergo pt manere eo instanti dominium virtuale re=
uocata iam voluntate per voluntatem contrariam aut quomodo
pt subsistere sine caa conseruante? oes itaq debemq respondere
dominium conseruari eo instanti dependenter a sua caa scilicet

a voluntate praeterita n revocata, qa licet revocetur in ordine ad tempus sequens per voluntatem dandi librum, n revocatur tn nec revocari pt in ordine ad instans praesens nisi per voluntatem tempore praecedentem, qa ois voluntas physice praesens supponit pro priori nao poiam volendi e nolendi quae e dominium. sicut ergo volitio praesens n pt destruere suam poiam pro hoc instanti, qa supponit illam, sic n pt revocare dominium pro hoc instanti, qa supponit illud conservatum per voluntatem praeteritam n revocatam antecedenter sed pro illo priori signo pro quo debet existere dominium. sic conservatur dominium virtuale in sentia contraria dependenter solum a voluntate praeterita n revocata sufficienter in ordine ad hoc instans, et eodem modo conservatur dominium foale, qa eadem e rao de utroq.

Dicunt dominium foale de se e indifferens ut conservetur vel n conservetur Ergo praerequiritur aliquid in actu primo determinans illud magis ut conservetur quam ut pereat, hoc a. nihil aliud ee pt nisi negao revocaois ~~praeteritae~~ voluntatis praeteritae Ergo quando ponitur revocao actualis n pt conservari dominium foale. Rx ex dictis eam indifferentiam auferri per voluntatem praeteritam n revocatam sufficienter in ordine ad hoc instans, hoc e, n revocatam pro signo priori ante exercitium libertatis, qa dominium nihil aliud e, ut dixi, quam potestas illa quae datur in actu primo ante exercitium libertatis, quae potestas revocari aut destrui n pt hoc instanti per sequens exercitium libertatis huius instantis, qd quidem in dominio virtuali ipsi adversarij fateri debent.

Dices iterum in primo instanti quo datur mihi liber praerequiritur acceptao mea e voluntas praesens ut sim Dnus foaliter Ergo in quolibet instanti praerequiritur voluntas praesens ut perseveret dominium foale. Rxo ad dominium etiam virtuale acquirendum praerequiri voluntatem praesentem in primo instanti, quae tn n praerequiritur ad conservandum illud alijs instantibus. rao e qa in primo instanti n erat alia ca a qua conservaretur vel produceretur, in caeteris vero instantibus praesupponitur voluntas praeterita quae n revocata antecedenter sufficienter conservat hoc instanti utrumq dominium virtuale e foale.

2do arguunt, qa si Deus alligaret dominium libri octavo gradui caloris v.g.: ita ut ille eet Dnus libri qui haberet illu gradum caloris ille n eet Dnus qui illo gradu careret e daret mihi potestatem transferendi physice illum eundem gradum caloris

in alium

in alium hoiem, tunc, inquam, eo instanti quo ego transferrem gradum illum caloris in Petrum transferrem dominium libri iuxta Dei decretum, & quidem ita transferrem dominium libri ut n̄ maneret in me eo instanti, qa Deus alligaverat, ut supponimus, dominium libri gradui octavo caloris ita ut unum n̄ reperiretur sine altero, poēt ergo tunc illegi dantem n̄ ēē dnum libri eo instanti quo daret, licet poēt dare & n̄ dare, & licet liberè daret, q̄ nunc etiam ita erit, qa vult abdicare a se oīo dominium quantum abdicari pt, si ergo pt abdicari pro eo etiam instanti quo liber datur, n̄ ē cur n̄ de facto abdicetur.

Hoc argtu eisdem verbis fieri pt de dominio virtuali, alliget e. Deus illud gradui octavo caloris cum eadem potestate transferendi eundem calorem in alium hoiem, tunc peto ã eo instanti quo transfero calorem in Petrum an retineat dominium virtuale? si retineo q̄ contra decretum Dei. si n̄ retineo q̄ dans librum pt eodem instanti pt n̄ habere dominium virtuale, qd tn̄ per se implicat contradictionem, qa dominium virtuale nihil aliud ē nisi potestas dandi & retinendi, quæ n̄ pt n̄ ēē eo instanti in eo qui libere dat librum.

2do retorquetur idem argtu in ipso dominio fōali, qa adversarij fatentur, vel certe fateri debent dominium fōale, cum sit potestas plena ad disponendum de re prout libuerit, debere includere saltem partialiter potestatem donandi, alienandi &c, nam qui solum pt uti libro & n̄ pt eum alienare & donare n̄ ē plene Dnus, ut constat, sed usufructuarius & commodatarius, si ergo supponitur Deum alligasse dominium fōale plenum & completum libri gradui octavo caloris, consequitur ut translato octavo gradu caloris in Petrum transferatur in ipsum totum dominium fōale completum, q̄ eo oēs sui proprietates q̄ n̄ manebit potestas dandi librum, qa hæc, ut dixi, ē pars substra componens dominium plenum seu completum libri; cum ergo adversarij fateantur debere manere in dante librum potestatem dandi pro eo instanti, consequens ē qd n̄ alligaverit Deus totum dominium plenum libri gradui octavo caloris, ita ut qui illum gradum n̄ haberet, nihil dominij fōalis retinere poēt pro eo instanti.

Ad argtu ergo facile Rx negando poē Deum eo modo alligare dominium fōale libri gradui caloris, sicut neq in sentia contraria pt alligare dominium virtuale. rõ a. ē clara ex dictis, qa sequerentur duo contradictoria scilicet dantem librum habere potestatem dandi & n̄ habere potestatem dandi, haberet quidem,

qa

q̃a supponimus Deum dedisse illi potestatem transferendi simul calorem et dominium libri, hoc a. ē dare librum, ex quo rursum sequitur quod haberet potestatem et utendi licitè libro, cum poss̃t retinere, et retinendo uti licitè. Rursus n̄ haberet potestatem, q̃a per te n̄ haberet dominium quando transferret calorem, dominium a. ē ipsa potestas dandi et utendi licitè, ergo haberet et n̄ haberet potestatem. poss̃t itaq. Deus dare mihi potestatem transferendi calorem illum in aliū hominem, et tunc calor naliter n̄ maneret in me eo instanti, n̄ tn̄ poss̃t mihi dare potestatem transferendi calorem simul et ipsam potestatem, ita ut nec calor nec potestas maneat in me eo instanti, q̃a daret et n̄ daret potestatem.

Dices gradum caloris n̄ poss̃e in eo instanti manere in me, q̃a transfertur in Petrum, sed etiam dominium formale libri transfertur in Petrum ergo n̄ pt simul manere in me eo instanti, cur e. magis quam calor. R.º etiam transfertur in Petrum dominium virtuale, et tn̄ manet in me eodem instanti, ratio a. differentiæ a calore ē clara, q̃a calor transfertur in Petrum idem omnino qui erat in me, n̄ pt e. idem accidens naliter ēē in duobus subiectis separatis, vel adæquatis, at vero dominium formale vel virtuale quod transfertur n̄ ē idem realiter quod erat in me, sed idem æquivalenter, realiter tn̄ diversum, nam dominium, ut diximus, ē potestas utendi, disponendi &c, n̄ e. a. idem poss̃e me disponere de libro et Petrum poss̃e disponere, imo illud prius postea n̄ manet et manet posterius. unde quando dicimus me transferre meum dominium in Petrum, n̄ debet intelligi pro translatione eiusdem num.º dominii, sed per communicationem et productionem alterius dominii, sicut pater dicitur communicare suum esse filio, et ignis igni, possum ergo eo instanti retinere meum dominium licet Petrus habeat etiam dominium, q̃a singuli habemus tunc potestatem simpliciter disponendi de re et utendi. calor. a. n̄ pt ēē idem in pluribus subiectis, unde si idem gradus caloris transfertur in Petrum, n̄ pt tunc in me remanere.

Tertio arguunt: q̃a si eo instanti retineo verum dominium libri ergo possum licitè uti libro absq. consensu Petri, nam Dominus id pt, consequens a. ē falsum, q̃a coniunx utens suo corpore ipso instanti quo consentit matrimonio peccat peccato iniustitiæ contra coniugem, et sic de Religioso &c ergo eo instanti dans librum n̄ ht dominium simpliciter.

~~R. ergo ex dictis distinguendo~~

Hoc idem argute fieri pt de dominio virtuali, q̃a si eo instanti retineo dominium virtuale ergo quando do librum Petro possum illum licitè donare Paulo, q̃a dominium virtuale ē potestas donandi vel alienandi prout libuerit. R. ergo ex dictis distinguendo consequens, possum licitè uti libro supposito quod do Petro nego sequelam, possum simpliciter

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

plicter & absolute concedo, possum inquam, non dando librum Petro, potestas a. qua aliquis simpliciter & absolute pt uti licite libro denominat illum simpliciter & absolute Dnum licet non possit ex suppositione, sicut qui stat pt simpliciter & absolute sedere, libere e. stat, licet non possit sedere ex suppositione qd stat, dominium a. non e potestas ad coniungendum licite usum libri cum voluntate dandi librum Petro, quam potestatem ego nunquam habeo, sed potestas simpliciter ad usum licitum libri quam potestatem simpliciter habeo, licet non possim coniungere voluntatem dandi cum usu licito libri.

Quarto arguunt, quia dominium libri non pt esse tempore sequenti in dante simul & in accipiente in solidum, ut oes supponunt, & nec in illo instanti pt uterque esse Dnus. Pbr conseq: quia repugnantia antecedentis ita e certa ut nec de potentia absoluta id possit fieri, & provenit ab aliqua contradictione explicita vel implicita, sed duo contradictoria non possunt non solum esse simul in tempore consequenti, sed nec in uno instanti & nec pro eo instanti pt uterque esse Dnus simpliciter.

Hoc etiam argui fieri pt de dominio virtuali, qd certe non pt manere tempore sequenti post datum librum Petro in dante & in accipiente, quia sequeretur contradictio, & tn in instanti donationis pt in utroque esse. Rx ergo negando conseq: ratio a. differentiae inter primum instans & tempus subsequens e clara, quia si tempore sequenti perseveraret dominium sive formale sive virtuale in utroque, sequeretur posse utrumque simpliciter & absolute disponere licite de re, ex hoc a. fieret qd unus posset velle dare Paulo librum, alter vero qd non daretur & uterque iure id faceret, qd repugnat cum non possit utrumque fieri simul in primo a. instanti hoc inconveniens non sequitur, quia cum ego dare velim librum Petro, eo ipso approbo omnem voluntatem Petri circa librum, non pt ergo discordare libitum meum hoc instanti a libito Petri, quia non possum eodem instanti velle & nolle idem, successive tn possum, atque ideo possum tempore sequenti postquam dedi librum Petro mutata sententia velle qd Petrus non disponat de libro pro suo libito, quare si adhuc ego essem Dnus tempore sequenti possemus habere voluntates contrarias & uterque iure id faceret cum uterque esset Dnus, constat ergo contradictionem & repugnantiam quae impedit dominium formale esse penes utrumque tempore sequenti post donationem libri non impedire illud pro primo instanti, sicut nec in dominio virtuali ob eandem rationem.

Quinto arguunt, quia res quamdiu e sub dominio alicuius e obstricta illi, ita ut debeat sequi Dnum et ab illo

possi=

22 possideri, sed in eo indanti liber n̄ ē obstrictꝰ nec obligatꝰ, danti
sed accipienti cui soli debetur possessio libri, & qui solꝰ poēt vin=
dicare librum si eēt apud furem, n̄ ille qui dat & solꝰ accipi=
ens hēt dominium fōale. Rx ex dictis negando min: liber
ē coindanti ē obstrictꝰ vtriq; & vtriq; debet obedire, vt ita dicam,
n̄ p̄t a donator velle simul actꝰ contrarios, quando dum ipse velit
librum possideri a Petro & eē penes Petrum, in hoc ipso liber obe=
dit ei & alligatur ac obstringitur ipsi. hinc etiam ē qđ n̄ poīt
velle librum sibi vindicare ex suppositione qđ dat Petro, qa
dare Petro ē velle qđ Petrus poīt illum sibi vindicare. poēt
quidem donans simpliciter & absolute librum apud se retinere
& vindicare sibi nolendo scilicet dare Petro, & ideo simpliciter ē
Dñs, n̄ tn̄ p̄t velle qđ possideatur vel vindicetur ab vtroq;, neq;
per hoc derogatur pfecto dominio, qa etiamsi n̄ daret librum
Petro, n̄ tn̄ poēt eundem librum domi habere & in schola. sic
ergo volendo qđ liber sit apud Petrum n̄ ē minꝰ Dñs libri, eo qđ
n̄ poēt simul librum apud se habere, sicut nec eēt minus Dñus,
eo qđ n̄ poēt librum habere simul in schola volendo habere
domi, sufficit ē ad dominium, vt vidimꝰ, qđ simpliciter & abso=
lute poīt librum apud se habere si velet, licet n̄ poīt coniungere
illum vsum cum alio vsu contrario quem de facto vult.

Sexto arguunt, qa translao dominij fōalis n̄ ē actꝰ
dominij fōalis & ex cōsq̄ venditor v.g. transferat tunc domini=
um n̄ p̄t argui qđ tunc sit Dñs. Ans probant, qa nullꝰ actꝰ
destruit poīam ipsam cuius ē actꝰ, sed translao dominij fōalis
destruit in transferente dominium fōale & n̄ ē actꝰ ipsiꝰ dominij
fōalis. Confirmatur: qa si ego per absolutam Dei poīam poem
transferre in alium hunc eundem numero calorem quem habeo, n̄
poēt translao eē actꝰ eiusdem caloris prout in me existentis, qa
translao tendit ad destruendum calorem in me, si ergo translao do=
minij tendit ad destruendum dominium in me, n̄ p̄t eē actꝰ mei
dominij fōalis.

Hoc etiam argtū iisdem verbis fieri p̄t de dominio
virtuali, qa eiꝰ translao tendit ad destruendum dominium virtuale
in transferente, cum post ipsam translaoēm, n̄ poīt postea perseverare
dominium virtuale in donante librum. qđ si dicas n̄ extingui per
translaoēm dominium virtuale in transferente eodem instanti
sicut extinguitur dominium fōale, iam assumis qđ probandum
erat, de hoc ē ipso ē ntra quaestio: an extingueretur pro eo in=
stanti dominium fōale, nos dicimꝰ n̄ extingui, sicut n̄ extinguit

dominium

dominium virtuale. Ad argu. ergo Rx debere ab arguente ex=
plicari quid illigat ircando dicit n. poe per aliquem actum destrui
potam cuius e. actus seu a qua procedit, si e. velit qd n. destruat
illam eo instanti quo ab illa pota procedit verissimum e., atque
ideo dicimus n. destrui dominium eo instanti per dominii translaoem,
qa hoc instanti translao procedit ab eodem dominio. si vero velit
qd actus qui nunc procedit ab aliqua pota n. pt disponere ad hoc ut
eadem pota a qua nunc procedit postea destruatur, falsum e. non
solum in rebus moralibus sed etiam in physicis, nam nutritio paulatim
disponit ad mortem et ad destructionem pote nutritiuae, et qui plus
comedit et magis nutriuntur obruuntur pinguedine et citius mori=
untur, generao etiam nimia eneruat potam generatiuam et dis=
ponit ad mortem et ad destructionem pote, visus nimia visione
consumitur, pedes deambulaoe debilitantur, et sic de alys. in mo=
ralibus vero certum e. qd translao dominii extinguit pro tempore
sequenti dominium virtuale cuius e. actus. quid ergo mirum qd
actus dominii fotalis disponat, et causet destructionem eiusdem do=
minii pro tempore sequenti? per qd pt ad exemplum de calore,
nam eius translao tunc n. solum destrueret potam a qua procedit
pro tempore sequenti, sed destrueret etiam illam pro eo instanti
quo ab eadem procedit, qd concedimus oio repugnare.

Septimo arguunt qa si dominium fotale maneret
eo instanti in donante, sequitur eum qui dat libertatem seruo
manere adhuc Dnum illius eodem instanti, qd tn e. falsum, n. pt
e. ee Dnus quando iam n. e. seruus, in eo a. instanti qui erat
seruus n. e. iam seruus sed liber, qa iam ~~tunc~~ accipit libertatem,
ut supponimus E. nec Dnus eo instanti e. vere et proprie Dnus,
sicut e. tunc desinit seruitus poterit et ~~debebit~~ ~~seruus~~ cessare
illud dominium utpote eorum relatiua sint simul durabe.

Rx concedendo seq: verum e. e. in rigore dantem
libertatem seruo ee eo instanti Dnum, et eum qui libertatem
accipit ee eo instanti seruum, ut probaui disp. 3. de Incar=
naoe num. 29. et seqq. non dicitur quidem eo instanti ligatus,
sed solutus ablato iam vinculo obligaois per voluntatem
Dni, et ideo dicitur etiam liber, adhuc tn e. seruus, qa licet
moraliter loquendo libertas et seruitus opponantur, pro illo tn
primo instanti n. opponuntur, liber ee. n. dicitur solum qui
n. e. seruus sed etiam qui e. suus. sicut ergo pt equus pro eo
instanti ee meus et tuus, sic hoc pt pro eo instanti ee
ee suus et alterius, et per consequens seruus, seruus e. n. dicit

etia-

cetraliter obligationem actualem sed radicalem, quatenus potuit eo instanti non solvi sed retineri ligatus a Dno. formaliter vero servus solum dicit esse terminum dominii alterius, seu esse illum de quo aliquis potest libere disponere pro priori natae. si ergo Dnus pro illam formam quam simpliciter habeo instanti dicitur Dnus, poterit etiam ille aliquis qui est terminus illius potentiae, dici servus, sed simul ex concessione Dni est solutus ab obligatione formali, et ideo dicitur liber, hoc est, non obligatus sed solutus, quae omnia latius explicui loco citato. quando vero communiter concipitur oppositio inter servitutem et libertatem, id fit iuxta statum moralem, non iuxta primum illud instans, de quo non curant leges, sicut etiam in eodem sensu dicitur dominium in solidum eiusdem rei non posse esse penes duos, quia non loquuntur de primo illo instanti, nam loquuntur de facultate disponendi de re quae secundum adversarios est dominium virtuale et potest esse penes duos in solidum in primo illo instanti, non tamen pro tempore sequenti, quod solum tempus considerant leges.

Obyciunt octavo: quia haec propositio: ego abyicio dominium libri est practica et operatur de praesenti id quod significat cum sit propositio vera de praesenti, omnis autem qui dat librum dicit implicite et potest dicere explicite ego nunc spolio me dominio libri et transfero illum in te, et vere abycit et privat se tunc dominio et non manet tunc Dnus. Hoc etiam argumentum procedit de dominio virtuali, nam qui dat librum potest dicere ego abycio a me omne dominium et omne ius et facultatem disponendi quam habebam circa hunc librum et transfero illud totum in te, et spoliat se tunc dominio virtuali disponendi de libro. omnes ergo debemus respondere sensum illius propositionis non esse quod pro eo instanti privet se dominio et potestate disponendi de libro, nam contradiceret sibi qui vellet tunc disponere et vellet non habere iam tunc potestatem disponendi, sed sensus esse debet quod abyciat ius et dominium inposterum seu quantum potest, non potest autem tunc privari dominio, quod praecedit, ut vidimus, pro priori signo ante ipsam applicationem dominii.

Ultimo arguunt: quia si potest dominium formale esse pro eo instanti et simul in duobus, potest esse in tribus et in pluribus et pluribus in infinitum, potest enim in eo instanti ille qui a primo accepit librum dare alteri et hic rursus alii, et sic in infinitum, unde si essent infiniti homines vel Angeli a parte rei posset penes illos

oes

oes ee dominium eiusdem libri. Consequens a. videtur absurdum.

Hoc etiam argtu n minq quam reliqua procedit de dominio virtuali, qd quidem si simul pt ee penes duos, ut ipsi concedunt, poterit ee penes tres & plures & penes infinitos, si eent infiniti actu qui eodem instanti darent alius alij eundem librum. Vident sequi quidem qd poit dominium virtuale ee in pluribus & pluribus in infinitum syncategorematice, n tn in infinitis actu, categorematice, qa vel aliquis eorum haberet dominium fôale vel n. si primum ille eet ultimus, nam dominium fôale iam n e in eo qui transfert rem in alium, n eent ergo infiniti, cum daretur ultimus. si vero dicas 2dum qd nec haberet dominium virtuale, hoc e. ordinatur ad dominium fôale qd si nusquam eet dominium fôale illius libri, nusquam etiam eet dominium virtuale.

Sed contra, qa quis n videat eodem modo responderi poe in nra sentia, poe quidem dominium fôale ee eodem instanti in pluribus & pluribus, si oes poent instantanee operari & dare alius alij dominium libri, nec ee inconveniens qd viginti vel triginta sint Dni cum subordinatione unius ad alium, hoc e, unus ex voluntate alterius vel aliorum, n tn poet dominium ee in infinitis, qa daretur ultimus, n quidem ille qui haberet dominium fôale, oes e. illud haberent, sed ille qui ita eet Dnus ut nemini daret librum. Porro aliquem debere ee Dnum ptz: qa aliquis deberet ee cui competeret possessio libri, seu cui Petrus, furatus fuit librum deberet librum restituere, ille a. debet ita ee Dnus ut n dederit librum alteri, n. e. teneor restituere illi qui licet sit Dnus dedit iam alteri suum ius qd debeo solum restituere illi qui nulli dedit ius suum qd in illa collectione invenitur aliquis ultimus, ille scilicet cui debet liber restitui, alioquin sequitur qd ego habeam licite librum invito Dno seu invitis oibus Dnis e tota Dnorum collectione reluctante. qd si hoc n videatur tibi inconveniens, concedendum e qd poet libri dominium ee penes infinitos si per impoibile darentur infiniti hoes vel Angeli actu qui praedicto modo poent instantanee operari. Sed revera etiam dato infinito n videtur concedenda illa subordinatio eorum infinitorum, quando debet aliquis effectus prodire extra illam collectionem qui procedat immediate ab uno individuo eius multitudinis. v: g: si eent infiniti Angeli n poent eodem instanti coicare sibi aliqd secretum ab uno eorum derivatum necessario unus alteri, qd unus eorum coicaret alicui homini

& n

e n alteri Angelo, ergo iam ille a quo diceretur hoi fuisset vlti-
mg in illa collectione Angelorum. sic ergo eet vltimg in
illa collectione Bnorum ille cui liber restitiland9 eet, qa ille
solg ita haberet dominium vt nulli alteri conveniret sed obligaret
me ad restituendum ipsi determinate. hæc oportuit specu-
lative attingere, vt dissolveremg illas novas obiectiones, nunc
videamus ad nram doctrinam moralem.

# SECTIO III

## De Vsu, et Vsufructu.

### Vbi vtrum Vsus distinguatur a dominio in rebus, quæ ipso vsu consumuntur?

Vsusfructg e alia spes Iuris, & definitur coiter: Ius vtendi,
fruendi re aliena salva rei substia. per primam parti-
culam convenit cum dominio & cœteris iuribus; per
illam vocem, vtendi, differt a Iure qo ht creditor in pig-
nore quo quidem vti n pt. per 3tiam particulam fruendi
differt a mero vsu, nam vsuarius pt quidem vti prœdio
vel domo ad proprium vsum, n tn pt locare domum vel ven-
dere fructus. denig per vltima illa verba, salva rei
substa, differt a dominio absoluto, nam vsufructuarg licet
sit Dng fructuum, n tn ipsig fundi, imo tenetur illum inte-
grum conservare, qo si hat vsufructum gregis tenebur
loco mortuorum capitum alia substituere, quibg grex inte-
ger maneat, & sic de alys rebus. de quo late Iustinianus in
tit. institutionum de vsufructu. e tit. de rerum divisione
§ sed si gregis. videatur Lessig in pres. cap. 3. dub. 4. & 5.

Vsus e Ius vtendi re aliena salva ipsius
substia. differt vsuarig, vt diximg, ab vsufructuario, qa n
e Dng fructuum, sed solum pt vti ad vsum proprium, convenit
a. cum illo quatenq vterq tenetur conservare integram rei
substiam, vnde fit hunc vsum proprie loquendo n ee in rebus
quæ ipso vsu consummuntur. itaq si alicui legatur vsus
vini vel panis, n ~~tn~~ tam videtur dari vsus quam dominium, siqui-
dem eo ipso pt rei substiam destruere.

Hinc